

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo qui vxorem legitimam sine iudicio interfecerit. xxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

enim eis licebit ultra militiae cingulum sumere, & nupti
atq; coniugij copula vti, quia sacri canones hoc eis non
consentiant.

De illis qui infantes suos non sponte interficiunt.

Caput XXXVI.

Ex iocil.

Triburi.

cap. 21.

Ex decre.

Pij pape,

cap. 26.

S I quis filium suum non sponte occiderit, iuxta homici-
dia non sponte commissa poeniteat.

De illa qui vxorem legitimam sine iudicio interfe-
cerit. Cap. XXXVII.

Ex decre.

Pij pape,

cap. 26.

Vicunque propriam vxorem absque lege, vel si
causa & certa probatione interficerit, aliamque di-
xerit vxorem, armis depositis publicam agit pa-
nitentiā. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobedi-
xit, excommunicatur, anathematizetur, quo usque consentiat. Eadem
lex erit illi, qui seniorem suum interficerit.

De eadem re. Cap. XXXVIII.

Ex concil.

Mogūti.

cap. I.

S I maritus vxorem, aut vxor maritū interficerit, et
iudicium sit super eos, dicente domino: Non confide-
res personam pauperis, nec honores vultum potentis.
In post pauca: Ita, inquit, paruum audietis ut magnum, ne
accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Il-
circo uterque eorum in huiuscemodi criminis actione
negauerit, pari iudicio examinetur. Si negauerit & non
potest vinci manifestis indiciis, si liber est, iuret cum do-
deciim: si seruus feruenti ferro se purget. Si autem vox
moriens maritum uno vel duobus audientibus de mon-
eius inculpauerit, non ideo erit victus, sed si liber est, cum
LXXII. iuret: si seruus, super XII. vomeres feruentes
purget. Eadem lex erit marito, vxorem accusanti.

De eadem re. Cap. XXXIX.

Ex concil.

Elibertā.

cap. 85.

S I mulier maritum suum causa fornicationis veneno in-
terficerit, aut quacunque arte perimere facit, quia do-
minus & seniorem suum occidit, seculum relinquat, &
in monasterio poeniteat.

De eadem re. Cap. XL.

Epistola.

Paulini

A Dmonere te cum lachrymis & multo gemitu cum
fil. Heistulfę, si tamen filius dici debeas, qui tam